Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



aliis iniuriam facere non possum. Nemo inuito auditori libenter refert.
Sagitta inlapidem numquam figitur. interdum resiliens percutit dirigentem.
Attendebat illud salomonis. Cum detractoribus ait ne admiscearis quoniam
repente uenit perdicio eorum. et ruinam utrorumque quis nouit. Subaudis
tam eius qui detrahit quam illius qui autem accomodat detrahenti. Pau
perum et orphanorum semper memor erat. eisque inde erogabat. unde et sibi su
isque omnibus secum habitantibus. hoc e[st] ul' ex reditibus possessionum ecclie ul'
ex oblationibus fidelium. Cum dum forte ut assolet de ipsis possessionibus inuidi
a clericis fieret. allaquebat plebem dei malens ex collationibus plebis xpi
ane iuuere. quam illarum possessionum curam aut gubernationem habere.
et ut eo modo omnes seruii dei uel ministri iuuerent. quo inuenti testamen
to leguntur altari deseruientes. Sed numquam id clerici suscipere uoluerunt.
Domus ul' ecclie curam omnemque substantiam per uices ualentioribus
clericis delegebant et credebant. numquam clauem. numquam annulum in
manu habens. sed ab hiisdem domum impositis. cuncta et accepta et erogata no
rabantur. Que anno opleto eidem recitabant. quo scirent quantum accep
tum. quantumue dispensatum fuisset. et quid dispendium remansisset. Domui.
agrum seu uillam numquam emere uoluit. Verum si forte ecclie aliquam
sponte tale aliquid donaret. uel titulo legati dimitteretur. non respuebat
sed suscipi iubebat. Nam quasdam eum hereditates recusasse nouimus non
quia pauperibus inutiles esse possent. sed quia iustum et equum esse uidebat. ut a
mortuorum filiis uel parentibus magis possiderentur. quibus eas deficientes di
mittere noluerunt. Quidam etiam ex honoratis yponensium apud karthagi
nem manens. ecclie yponiensi possessionem donauit. et confectas tabulas
ultro eidem beate memorie augustino transmisit. Cui ille oblationem liberi
ter suscepit. congratulans quod eterne sue memor esset salutis. Verum annus aliquot
euoluens. ecce donator ille nobis presentibus uiras per filium suum misit. rogas
ut donationis tabulas suo redderent filio. et pauperibus erogandos dirigens
solidos centum. Quo ses ille cognito. ingemuit. hominem uel donationem fin
xisse uel de uno ore penituisse. Tabulas autem quas ille sponte miserat con
festim reddidit. pecuniam respuit. et. rescriptis eundem sicut oportuit. et arguit
et corripuit. ammonens ut de sua simulatione et iniquitate per penitentiam et
humilitatem deo satisfaceret. ne cum tam grauis delicto de sclo exiret. frequenti
quoque dicebat tunus legata ad defunctis dimissa esse suscipienda quam hereditates
sollicitas et damnosas. ipsaque legata magis offerenda quam exigenda. Commen
data quoque ipse non suscipiebat sed uolentes suscipere clericos non prohibebat.